

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



~~2/5 ff 32~~

REP S 924

~~ASD 7140 A 16~~

ESTUDIOS HISTÓRICOS.

COLECCIÓN DE ARTÍCULOS

ESCRITOS Y PUBLICADOS

POR

EL R. P. FIDEL FITA

EN EL BOLETÍN DE LA REAL ACADEMIA DE LA HISTORIA.

TOMO IV.

MADRID:
IMPRENTA DE FORTANET,
CALLE DE LA LIBERTAD, NÚM. 29.
1885.

THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
22 JUL. 1938
OF OXFORD

DESTRUCCIÓN DE BARCELONA POR ALMANZOR,

6 JULIO 985.

Archivo de la Catedral; *Cartulario*, t. II, fol. 16 v., 17 r.

Hec est reparatio de perditis cartis et instrumentis facta in barchinona a judice eclecto.

Annus domini DCCCCLXXXVI (1), imperante leuthario, XXXI anno, die kalendas julii, IIII feria, a sarracenis obsessa est barchinona; et permittente deo, impediente peccata nostra, capta est ab eis in eadem mense, II nonas; et ibidem mortui vel capti sunt omnes habitantibus de eadem civitate vel de eiusdem comitatu, qui ibidem introierant per iussionem de dompno borrello comite ad custodiendum vel ad defendendum eam; et ibidem periit omnem substanciam eorum, quicquid ibidem congregaverant, tam libris quam preceptis regalis, vel cunctis illorum scripturis omnibusque modis confectis per quas retinebant cunctis eorum alodibus vel possessionibus inter eos et precedentes eorum parentibus CC anni et amplius. Inter quas perdite fuerunt scripturas de quadam homo, nomine adam, et uxor sua, nomine dulcidia. Unde predicta dulcidia venit, et petivit consultu ad judice aurutio quid de eorum scripturis agere potuisset. Unde memini[to] (2) judice

(1) Según el cómputo Pisano, que corresponde al 985 de la era vulgar, como ya lo notó Campillo (*Disquisitio methodi consignandi annos Æræ christianæ*; Barcinone, 1766), publicando en sus *Analecta* otra escritura contemporánea, donde se dice haber enfermado y fallecido en Zaragoza durante el mes de Febrero del año 986 uno de los cautivos que habían escapado con la vida á la devastación de Barcelona, y fué llevado por Almanzor á Córdoba. Menciona la escritura el templo zaragozano de Santa María.

(2) El mencionado.

interrogavit eam si potebat exinde testes habere, qui ipsas scripturas se dicant audire vel videre. Unde prenominata femina prolata est exinde testes qui eas viderunt vel audierunt, id sunt, daniel bellido et pasquale.

In primis vidimus scriptura emptionis, quod illis fecit gotmar, de terra quod est in terminio de monterolos iusta alia illorum terra; et item vidimus vel audivimus scriptura empcionis, quod illis fecit gelmirus cum filiis suis, de terra qui est a predicto terminio iusta predicta illis terra; et item vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit recosindus, de terra qui est a predicto terminio iusta predictas terras; et item vidimus scriptura comutacionis, quod illis fecit dompno vivane pontifice, de terra quod est in eius terminio iusta predictas terras per vinea, quod plantavit predicto adam de domo sancti michaelis; et vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit guilara, de terra quod est in predicto terminio iusta predictas terras; et item vidimus scripturas, quod illis fecerunt guantille femina et sorori sua mulier de desiderio, de terra quod est in predicto terminio iusta predictas terras; et item vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit mascharello, de vinea qui est in eius terminio iusta predictas terras; et vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit gelsinda femina, de vinea qui est in eius terminio iusta vinea qui fuit de iohanne; et vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit bonus homo, de vinea qui ibidem est iusta vinea qui fuit de firriolus; et item vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit steges, de vinea que est in terminio de chasoles (1) iusta vinea de cortes; et vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit argenteo, de vinea qui est in terminio de truliolos, iusta vinea qui fuit de chirana femina; et item vidimus scriptura empcionis quod illis fecit recosinda femina cum filiis suis de chasa et curte, qui est in suburbio barchinona ad ipsos archos (2); et item vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit mirabilia femina de chasa et solario et curte, quod est in suburbio barchinona ad ipsos archos; et vidimus scriptura empcionis de chasa et solario cum curte, qui est in predicto subur-

(1) Hoy San Gervasio de Casolas.

(2) Hoy calle *dels Archs*, cerca del palacio episcopal, extramuros del primer recinto.

bio, et est iusta alias illorum chasas, quod illis fecit rosso; et item vidimus scriptura empcionis, quod illis fecit *salvator ebreo*, de vinea qui est in terminio de monterolos iusta vinea de audesindo iudice.

Quia nos suprascripti testes iuramus, in primis, per deum patrem omnipotentem et per ihesum christum filium eius sanctumque spiritum, qui est in trinitate unus et verus deus, et per hunc locum veneratiónis sancti clementis martiris domini nostri ihesu christi, cuius baselica (1) sita est in suburbio barchinona intus in domum sancta maria (2) qui est ad occidentale parte, supra cuius sacrosancto altario has conditiones manibus nostris continuimus, vel iurando contangimus, quod nos supradicti iam dictas scripturas ex parte de eas audivimus legere et ex parte vidimus scribere, et per ipsas scripturas ipsos alodes quietos tenere et firmiter habere ad istos supranominato adam vel uxori sua prenotata; et in die submersionis (3) barchinona predicte scripture ibi perdite fuerunt (4); et hodie secundum legis ordine (5) eadem textu presenti scripture de ipsas scripturas renovata est; et ea que scimus recte et veraciter testificamus atque iuramus.

Per super hanc nixum iuramentum in domino et ego dulcidia femina sic iuro omnia et in omnibus quia, quantum isti testes hic testificaverunt in istum iudicium, verum est, et nulla fraus nec malo ingenio hic impressa non est; set de nostris iustis rebus eadem paginola per hordinatione de iudice aurutio eam renovo.

Late conditionis XVI kal. novembris, Anno I regnante ugo magnus vel rex (6).

S. (7) † Daniel. S. † bellido. S. † pasquale. Nos testes sumus et hunc sacramentum iuramus.

---

(1) Capilla.

(2) Santa María del Pino, extramuros, enfrente del *Call* hebreo.

(3) A sangre y fuego.

(4) Otro tanto acaeció, tres siglos después (1285), en la destrucción (חרבה) de Gerona por las armas francesas. Véase BOLETÍN, t. VI, pág. 44 y 45.

(5) Ley gótica ó Fuero-juzgo.

(6) 17 Octubre 987.

(7) Signat.

S. † Dulcidia femina, qui hunc iudicium iussi fieri vel iuravi, et testes firmiter firmare rogavi.

S. † sesenandus. S. † salamone. † paulo. Isti auditores fuerunt.

S. † Aurucius iudice.

S. † Seniofredus presbiter, qui hec scripsi et signavi die et anno quod supra.

El mejor comentario á este documento, cuyas primeras líneas publicó Diago (1), es el que ha hecho Dozy (2): «D'après Ibn-al-Khatib, Barcelone fut prise, le lundi, au milieu de Çafar de l'année 375. Ce jour répond au 6 juillet 985.»

Madrid, lunes, 6 Julio 1885.

---

(1) *Historia de los Condes de Barcelona*, fol. 81.

(2) *Histoire des musulmans d'Espagne*, t. III, pág. 199; Leyde, 1861.

SANTUARIO DE ATOCHA (MADRID).

BULAS INÉDITAS DEL SIGLO XII.

No las cita Jaffé (1).

1) Reims, 16 Abril, 1148. Bula de Eugenio III.—Original, con la signatura al dorso *Almoxarifazgo, A. 4.°, 1.°, 2.°*, que ha venido del archivo de la Catedral de Toledo al Histórico Nacional (Cajón *Catedral de Toledo, 1, Bulas).*

El *Liber privilegiorum Ecclesie Toletane*, códice del siglo XIII (2), la exhibe en su folio 89 vuelto y 90 recto. También hay copia del siglo pasado en el códice *Dd, 112*, (fol. 127) de la Biblioteca Nacional. Ha mencionado esta copia recientemente el Dr. Ewald (3).

Eugenius episcopus, servus servorum dei venerabili fratri Raimundo, toletano archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et fidelis devotio laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quocirca, venerabilis frater, archiepiscope (4), tuis iustis postulationibus clementer annuimus; et Toletanam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus; Statuentes ut universi parrochie tue fines,

---

(1) *Regesta pontificum romanorum*. Berlin, 1851.

(2) La rúbrica dice: *De possessionibus toletane ecclesie in apostolica protectione receptis*. Sobre este códice véase nuestro BOLETÍN, t. IV, pág. 367.

(3) *Reise nach Spanien im Winter von* 1878 *auf* 1879, publicado en la revista *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, Hannover, 1881, pág. 299.

(4) *Liber privilegiorum* «archiepiscopus.»

qui iam deo auctore a christicolis habitantur, vel qui in futurum a saracenorum potestate auxiliante domino eripientur, omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur. Nomina vero opidorum, que in tua diocesi a dei fidelibus incoluntur in presenti pagina duximus annotanda: Talavera, Alfamim (1), Maqueda, Sancta Eulalia, Ulmus, Canales, Mageritum, Alkala, Godelfaiara, Fita, Pennafora, Belegna (2), Uzeda, Talamanca, Butracum, Calatalifa, Eskalona, Zurita, Kalatrava. Confirmamus etiam tibi et ecclesie tue ecclesiam sanctorum iusti et pastoris, *Ecclesiam sancte Marie de Antochio*, Ecclesiam sancte Marie de Batris, Ecclesiam sancti vincentii de Monte; Ecclesiam sancte Marie de valle ecclesiarum, Ecclesiam sancte Marie de Balat almelc; Castrum quoque Alkala, Castrum Canales cum pertinentiis eorum; Domum regine in toleto cum hereditate sibi pertinente, Domum Sancie sororis Regis An[defonsi] cum hereditate patris sui Raimundi comitis, quam ipsa consensu fratris sui tibi et ecclesie tue donavit et scripto firmavit; Medietatem salinarum de Buluchion; decimas etiam omnium Regalium reddituum in Toleto, Talavera, Magerito et Godefaiara, quas Rex A(ndefonsus) iunior Bernardo antecessori tuo et prefate ecclesie, matre sua regina Urraca favente, liberaliter donavit et testamenti sui serie confirmavit. Quascumque preterea possessiones, quecumque bona gloriosi Hyspaniarum reges et alii fideles eidem ecclesie contulerunt, et que aliis iustis modis eadem ecclesia possidet, aut in futurum deo propitio poterit adipisci, illibata tam tibi quam tuis successoribus conservari sancimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat Toletanam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; Sed omnia integre conserventur tam tibi quam clericorum et pauperum usibus profutura, Salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione

---

(1) *Lib. priv.* «Alfamin.»
(2) *Lib. priv.* «Belena.»

congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri ihesu christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, Amen, Amen, Amen. BENE VALETE.

Fac mecum, domine, signum in bonum ✠ Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Eugenius papa III.

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus subscribo.

✠ Ego Imarus, Tusculanus episcopus subscr.

✠ Ego Hubaldus, presbiter cardinalis, tit. sancte Praxedis, subscr.

✠ Ego Gillibertus, presbiter cardinalis, tit. sancti Marci, subscr.

✠ Ego Hugo, presbiter cardinalis, tit. in lucina, subscr.

✠ Ego Oddo, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscr.

✠ Ego Octavianus, diaconus cardinalis sancti Nicholay in carcere tulliano, subscr.

✠ Ego Johannes paparo, diaconus cardinalis sancti Adriani, subscr.

✠ Ego Johannes, diaconus cardinalis sancte Marie Nove, subscr.

Datum Remis per manum Guidonis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, XVI kalendas Madii, Indictione XI, Incarnationis dominice anno M.C.XLVIII. Pontificatus vero domini Eugenii III pape Anno Quarto.

Cortóse y desapareció el sello ó bula de plomo. Queda la presilla de hilos de seda, color de rosa y amarillo.

2) Anagni, 25 Febrero 1161. Bula de Alejandro III. — *Liber privilegiorum*, fol. 80 vuelto, 81 recto.

Alexander Episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Johanni Toletano Archiepiscopo eiusque successoribus Canonice substituendis in perpetuum.

Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et fidelis devotio laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quocirca, venerabilis in christo frater Archiepiscope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et vestigiis predecessorum nostrorum, felicis memorie, Eugenii et Adriani (1) Romanorum pontificum inherentes, Toletanam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus; Statuentes ut universi parrochie tue fines, qui iam deo auctore a christicolis habitantur vel qui in futurum a Sarracenorum potestate auxiliante domino eripientur, omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur. Nomina vero opidorum, que in tua dyocesi a dei fidelibus incoluntur, in presenti pagina duximus annotanda: Talavera, Alfamim, Maqueda, Sancta eulalia, Ulmus, Canales, Magerritus (2), Alkala, Godelfaiara, Fita, Pennafora, Belegna, Uzeda, Talamanca, Butracum, Calatalifa, Escalona, Zurita, Calatrava. Confirmamus etiam tibi et ecclesie tue Ecclesiam Sanctorum Iusti et Pastoris, *Ecclesiam Sancte Marie de Antochio*, Ecclesiam Sancte Marie de Batris, Ecclesiam Sancti Vincentii de Monte, Ecclesiam Sancte Marie de Valle ecclesiarum, Ecclesiam Sancte Marie de Balatalmelc; Castrum quoque alkala, Castrum Canales cum pertinenciis eorum; domum Regine in Toleto cum hereditate sibi pertinente, Domum Santie sororis Regis An[fonsi] cum (3) hereditate patris sui Raymundi comitis, quem ipsa consensu fratris sui ecclesie tue donavit et scripto firmavit; Medietatem salinarum de Buluchion; Decimas etiam omnium regalium redituum in Toleto, Talavera, Magerrito et Godelfaiara, quas rex A[nfonsus] iunior Bernardo antecessori tuo et prefate ecclesie, matre sua Regina Urraca faver te, liberaliter donavit et testamenti sui serie confirmavit. Quascumque preterea possessiones, quecumque bona Gloriosi yspaniarum Reges et alii fideles eidem ecclesie contulerunt, et que aliis iustis modis eadem ecclesia possidet aut

---

(1) Eugenio III y Adriano IV.

(2) Sic.—La doble *r* habrá querido expresar el sonido, nada latino, de مَجْريط

(3) En el manuscrito «Regis. An cum.»

in futurum deo propitio poterit adipisci, illibata tam tibi quam tuis successoribus conservari sancimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat Toletanam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; Set omnia integra conserventur tam tibi quam clericorum et pauperum usibus profutura, Salva Sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri ihesu christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Alexander, catholice ecclesie episcopus, subscribo.

Ego Hubaldus, Hostiensis Episcopus, subs.

Ego Julius, prenestinus Episcopus, subs.

Ego Bernardus, Portuensis et Sancte Rufine Episcopus, subs.

Ego Astaldus, presbiter Cardinalis tit. Sancte prisce, subs.

Ego Johannes, presbiter Cardinalis tit. Sancte Anastasie, subs.

Ego Oddo, diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum, subs.

Ego Jacintus, diaconus Cardinalis Sancte Marie in cosmydyn, subs.

Ego Arditio, diaconus Cardinalis sancti Theodori, subs.

Ego Petrus, diaconus Cardinalis Sancti Eustatii iuxta templum agrippe, subs.

Ego Johannes, diaconus Cardinalis Sancte Marie in porticu, subs.

Dat. Anagnie per manum Hermani, Sancte Romane ecclesie Subdiaconi et notarii, v kalendas Martii, Indictione VIIII, Incarnationis dominice Anno M° C° LX° I°, Pontificatus vero domini Alexandri pape III Anno II°.

Tan propio era, á la sazón, de la mitra de Toledo el santuario de Atocha, que un año después de haber obtenido el arzobispo D. Juan la bula que se acaba de leer, lo adjudicó *(Ecclesiam sancte marie de tocha iuxta magerritum)* con todas sus pertenencias ó posesiones á la dotación de la Colegial de Santa Leocadia. El instrumento de fundación y dotación está fechado en 11 de Marzo de 1162. Tráelo el *Liber privilegiorum*, fol. 51 recto.

3) Verona, 6 Mayo 1186. Bula de Urbano III.—*Liber privil.*, folio 81 vuelto-82 vuelto.

Urbanus Episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Gundisalvo Toletano Archiepiscopo et Hyspaniarum primati, eiusque successoribus Canonice substituendis, in perpetuum.

Sacrosancta Romana et apostolica ecclesia ab ipso Salvatore omnium, domino ihesu christo, capud et cardo est ecclesiarum constituta. Non decet igitur a capite membrum dissidere, sed eminenti rationi et superne provisioni capitis obedire. Moderatrix autem discretio capitis, singulorum membrorum officiosas actiones considerans, unicuique ius et ordinem a natura constitutum conservat, et quibusque nobilibus venustatis sue dignitatem, sine invidia, sociali caritate custodit. Hac igitur inducti ratione, honorem nobilis et famose Toletane ecclesie, apostolice sedis proprie et specialis filie, volumus conservare. Ideoque, venerabilis frater Gundisalve, quem vera in christo caritate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus, paterne pietatis affectu, duximus annuendum.

Per presentem igitur privilegii paginam, ad exemplar felicis recordationis Alexandri pape predecessoris nostri, primatus dignitatem per Hyspaniarum regna tibi et ecclesie Toletane, auctoritate apostolica, confirmamus. Et primatem te presules Hyspaniarum respicient, et ad te, siquid inter eos questione dignum exortum fuerit, referent, Salva tamen in omnibus apostolice sedis auctoritate. Verum personam tuam in manu nostra propensiori gratia retinentes, censemus ut solius Romani pontificis iudicio eius causa, siqua fuerit, decidatur. Sane Toletanam ecclesiam presentis privilegii stabilitate munimus; Complutensem ei parrochiam cum terminis suis, nec non ecclesias omnes, quas

iure proprio ab antiquo possedisse cognoscitur, confirmantes. Episcopales preterea sedes, quas in presentiarum iuste et quiete possides, scilicet, Palentiam, Segobiam, Oxomam, Segunciam et Concam, eidem Toletane ecclesie, tamquam metropoli, subditas esse decernimus. Reliquas vero, que antiquis ei temporibus subiacebant, cum dominus omnipotens christianorum restituerit potestati sue dignatione misericordie, ad capud proprium referendas decreti huius auctoritate sancimus. Porro illarum dioceses civitatum, que Sarracenis invadentibus metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestre subicimus dicioni, ut quoad sine propriis extiterint metropolitanis, tibi ut proprio debeant subiacere; ita quidem ut in sedibus episcopalibus liberam habeas potestatem episcopos, in castellis vero et villis presbiteros auctoritate nostra instituere, et prout tibi dominus administraverit ordinare; Scilicet tam in his episcopatibus, qui de antiquis ecclesie tue terminis esse noscuntur, quam in illis qui proprium non habuerint metropolitanum. Sique autem metropoles in statum fuerint proprium restitute, sue queque diocesis metropolitano restituatur, ut sub proprii regimine pastoris super divini collatione beneficii glorietur.

Preterea quascumque possessiones, quecunque bona, predicta ecclesia Toletana in presentiarum iuste et Canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam Sanctorum Justi et Pastoris, Abbatiam Sancte Leocadie, *Ecclesiam Sancte Marie de Tocha,* Ecclesiam Sancte Marie de Batres, Ecclesiam Sancti Vincentii de monte, Ecclesiam Sancte Marie de Valle ecclesiarum, Ecclesiam sancte Marie de Valdalmelc; Castrum quoque alcala, Castrum Canales, Castrum Alfamin cum pertinenciis eorum; Domum Regine in Toleto cum hereditate sibi pertinente, Domum Sancie sororis illustris memorie Regis Aldefonsi cum hereditate patris sui Raymundi comitis, quam ipsa consensu fratris sui ecclesie tue donavit et scripto confirmavit; Decimas quoque omnium regalium reddituum de Sancta eulalia, de Maqueda, de Ascalona. Statuimus

etiam ut universi parrochie tue fines, qui iam deo auctore a christicolis habitantur, vel qui in futurum a sarracenorum potestate auxiliante domino eripientur, omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur. Nomina vero opidorum, que in tua dyocesi a dei fidelibus incoluntur, in presenti pagina duximus annotanda: Talavera, Alfamin, Maqueda, Sancta Eulalia, Ulmus, Canales, Mageritum, Alcala, Gadalfaiara, Fita, Pennafora, Belegna, Uzeda, Talamanca, Butracum, Calatalifa, Ascalona, Zurita, Calatrava.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam Toletanam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; set omnia integra conserventur eorum, quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, Salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesù christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Urbanus catholice ecclesie episcopus subscribo.

Ego Henrricus albanensis episcopus subs.

Ego Paulus prenestinus episcopus subs.

Ego Theobaldus hostiensis et velletrensis episcopus subs.

Ego Petrus presbiter cardinalis, tit. Sancte Susane subs.

Ego laborans presbiter cardinalis Sancte Marie transtiberi[m], tit. Calixti, subs.

Ego Pandulfus presbiter cardinalis, tit. XII apostolorum, subs.

Ego Adelardus, tit. Sancti Marcelli, presbiter cardinalis subs.

Ego Jacinctus, Sancte Marie in cosmydin diaconus cardinalis subs.

Ego gratianus sanctorum cosme et damiani diaconus cardinalis subs.

Ego Rolandus Sancte Marie in porticu diaconus cardinalis subs.

Ego Petrus Sancti Nycolay in carcere Tuliano diaconus cardinalis subs.

Ego Radulfus Sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis subs.

Ego Melior presbiter cardinalis sanctorum Johannis et Pauli, tit. Pamachii, subs.

Datum Verone, per manum Moysi, lateranensis Canonici, vicem agentis Cancellarii, II Nonas May, Indictione quinta, Incarnationis dominice Anno M° C° LXXX° VII°, Pontificatus vero domini Urbani pape III Anno Secundo.

4) Roma, en San Pedro, 6 Junio 1192. Bula de Celestino III. — *Liber privil.*, fol. 90 v. – 91 v.

Celestinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Martino, Toletano archiepiscopo et Hyspaniarum primati, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Sacrosancta Romana ecclesia et apostolica ab christo salvatore omnium domino ihesu christo caput et Cardo est ecclesiarum constituta. Non decet igitur a capite membra desidere; set eminenti rationi et superne provisioni capitis obedire. Moderatrix autem discretio capitis singulorum membrorum officiosas actiones considerans unicuique ius et ordinem a natura constitutum conservat, et quibusque nobilibus venustatis sue dignitatem, sine invidia, sociali caritate custodit. Hac igitur inducti ratione honorem nobilis et famose Toletane ecclesie, apostolice sedis proprie et specialis filie, volumus conservare. Ideoque, venerabilis frater martine, quem vera in christo caritate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paterne pietatis affectu duximus annuendum.

Per presentem igitur paginam, ad exemplar felicis recordationis Urbani, Gelasii, Calixti, Honorii, Eugenii, Adriani, Alexandri (1)

(1) En el códice con vestigios de raspadura: «Alexandri Primi, alexandri secundi, Alexandri tercii.»

et Urbani, predecessorum nostrorum, Primatus dignitatem per Hyspaniarum regna tibi et ecclesie Toletane, auctoritate apostolica, confirmamus. Et primatem te presules Hyspaniarum respicient; et ad te, siquid inter eos questione dignum exortum fuerit, referent, Salva tamen in omnibus apostolice sedis auctoritate. Verum personam tuam in manu nostra propensiori gratia retinentes, censemus ut solius Romani pontificis iuditio eius causa, siqua fuerit, decidatur. Sane toletanam ecclesiam presentis privilegii stabilitate munimus; Complutensem ei parrochiam cum terminis suis, necnon et ecclesias omnes quas iure proprio ab antiquo possedisse cognoscitur, confirmantes. Episcopales preterea sedes, quas in presentiarum iuste et quiete possides, scilicet Palentinam, Secobiam, Oxomam, Segunciam et Conquam eidem ecclesie Toletane tamquam metropoli subditas esse decernimus. Reliquas vero que antiquis ei temporibus subiacebant, cum dominus omnipotens christianorum restituerit potestati sue dignatione misericordie, ad caput proprium referendas Decreti huius auctoritate sancimus. Porro illarum dioceses civitatum, que sarracenis invadentibus metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestre subicimus dicioni, ut, quoad sine propriis extiterint metropolitanis, tibi ut proprio debeant subiacere; ita quidem ut in sedibus episcopalibus liberam habeas potestatem episcopos, in castellis vero et villis presbiteros, auctoritate nostra instituere et, prout tibi dominus administraverit, ordinare; scilicet, tam in hiis episcopatibus qui de antiquis ecclesie tue terminis esse noscuntur, quam in illis qui proprium non habuerint metropolitanum. Sique autem metropoles in statum fuerint proprium restitute, suo queque diocesis metropolitane restituatur, ut sub proprii regimine pastoris super divini collatione beneficii glorietur.

Preterea quascunque possessiones, quecunque bona, predicta ecclesia Toletana impresenciarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam sanctorum iusti et pastoris, Abbatiam sancte Leoca-

die, *ecclesiam Sancte Marie de Tochia*, ecclesiam Sancte Marie de Batres, ecclesiam Sancti Vincentii de Monte, ecclesiam Sancte Marie de valle ecclesiarum, ecclesiam Sancte Marie de Valadelmelc, ecclesiam de Calatrava; Castrum Alcala, Castrum de Brioga, Castrum Canales, castrum Alfamim cum pertinenciis eorum; domum regine in Toleto cum hereditate sibi pertinente, domum sancie, Sororis Illustris memorie regis Aldefonsi, cum hereditate patris sui Raymundi comitis, quam ipsa consensu fratris sui ecclesie tue donavit et scripto confirmavit; Castrum quoque Bencarencie et aldeam que vocatur Azucuch cum pertinentiis suis et Alcobregam; Decimas quoque omnium regalium reddituum de Sancta Eulalia, de Maqueda, de Ascalona. Statuimus etiam ut universi parrochie tue fines, qui iam deo a[u]ctore a christicolis habitantur, vel qui in futurum a sarracenorum potestate auxiliante domino eripientur, omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur. Nomina vero opidorum, que in tua diocesi a dei fidelibus incoluntur, in presenti pagina duximus annotanda: Talavera, Alfamim, Maqueda, Sancta Eulalia, Ulmus, Canales, Maieritum, Alcala, Guadalfaiara, Fita, Pennafora, Belegna, Uzeda, Talamanca, Butracum, Calatalifa, Ascalona, Zurita, Calatrava, Almogera, Alcolea.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; set omnia integre conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, Salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri ihesu christi, Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus subscribo.

Ego Johannes prenestinus episcopus subs.

Ego Pandulfus Basilice XII apostolorum presbiter Cardinalis subs.

Ego Melior, sanctorum iohannis et pauli presbiter cardinalis tit. Pamachii subs.

Ego iohannes, tit. Sancti Clementis cardinalis [et] Tuscanensis episcopus subs.

Ego, Romanus, tit. Sancte Anastasie, presbiter cardinalis subs.

Ego gratianus sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subs.

Ego Gera[r]dus Sancti Adriani Diaconus cardinalis subs.

Ego Soffredus Sancte Marie in via lata [diaconus cardinalis] subs.

Ego Joannes Sancti Theodori diaconus Cardinalis subs.

Ego Gregorius Sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis subs.

Ego Lotarius Sanctorum Sergii et Bachii diaconus Cardinalis subs.

Ego Nicholaus Sancte Marie in cosmidin Diaconus cardinalis subs.

Datum Rome apud Sanctum Petrum per manum Egidii, Sancti nicholay in carcere Tulliano diaconus Cardinalis, VIII Idus Junii, Indictione X^a^, Incarnationis dominice Anno M° C° XC° II°, Pontificatus vero domini Celestini pape Tercii Anno Secundo.

BULA INÉDITA DE HONORIO II.

No la menciona Jaffé (1). Está fechada en Letrán, á 12 de Marzo de 1127.

FUENTES. **Archivo histórico nacional.** Bula original, sin el sello de plomo, que fué arrancado de la presilla de hilos de seda encarnada y verde. Está guardada en el cajón rotulado *Catedral de Toledo, 1 Bulas;* y lleva al dorso por signatura *Almoxarifazgo, A, 4ª, 1º, 1º.*—Copia del siglo XIII, que trae el *Liber privilegiorum ecclesie Toletane*, fol. 101 vuelto.

Biblioteca nacional. Copia del siglo XVIII, continuada en el fol. 65 del códice *Dd, 112.* De esta copia han hecho mérito los Sres Ewald (2) y Loewenfeld (3) citando la data y desfigurando el encabezamiento.

Honorius episcopus, servus servorum dei, Dilecto R. Toletano Archiepiscopo (4) eiusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Iusticiæ est (5) unicuique conservare quod suum est. Eapropter, karissime in christo frater, Raimunde venerande (6) archie-

(1) *Regesta pontificum Romanorum*. Berlin, 1851.

(2) «Fol. 65. Honorius II. 1127. Mart. 12. Raimundo Toletano archiepiscopo bona ac privilegia eclesiae suae confirmat.—«Iustitie et unicuique.» Datum Laterani per manum Imerici etc. IV. id. Mart. indictione VI. inc. etc. 1127. pont. etc. 3.» *Neues Archiv.* VI, 299; Hannover, 1881.

(3) *Regesta pontificum Romanorum ab condita Eclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*, num.º 7287; Leipsick, 1885.

(4) *Liber privilegiorum* «Archiepiscopo Toletano.»

(5) Ewald y Loewenfeld «et.»

(6) *Lib. priv.* omite «venerande.»

piscope, Toletanæ ecclesiæ cuius tibi a domino cura commissa est salubriter providentes, statuimus ut universi parroechiæ tuæ (1) fines, qui iam deo auctore a christicolis inhabitantur, vel qui in futurum auxiliante domino sarracenis (2) eripientur, omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum conserventur.

In finibus itaque tuæ dioceseos (3), que a christianis incoluntur, hec sunt oppida: Talavera, Alfamim (4), Maqueda, Sancta Eulalia, Ulmus, Canales, Mageritum, Alkala, Godelfaiara, Fita, Pennafora, Belegna (5), Uzeda, Talamanca et Butracum. Confirmamus etiam tibi et ecclesiæ tuæ domum reginæ in toleto (6) cum hereditate sibi pertinente, quam predecessoris tui (7) probitas ab urraca regina adquisivit (8), et decimas omnium regalium reddituum in toleto (9), Talavera, Magerito et Godelfaiara, qua[s] rex Adefonsus iunior eidem antecessori tuo et prefatæ ecclesiæ, genitrice sua regina Urraca favente, liberaliter donavit et testamenti sui serie confirmavit. Porro quecumque predia, quascumque possessiones gloriosissimi Hyspaniarum reges et alii fideles eidem ecclesiæ contulerunt, illibata tam tibi quam tuis successoribus in perpetuum confirmari sancimus et conservari.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat toletanam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur tam tibi quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam

---

(1) *L. pr.* «parrochie tue.»

(2) *L. pr.* «a sarracenis.»

(3) *L. pr.* «tue diocesis.»

(4) *L. pr.* «Alfamin.»

(5) *L. pr.* «Belenna.»

(6) *L. pr.* «Toleto.»

(7) Bernardo. Falleció, según reza su epitafio, á 3 de Abril de 1124.

(8) 13 Marzo, 1115. La adquisición fué confirmada por Alfonso VII en 20 de Noviembre de 1118.—*L. pr.*, fol. 1, 2, 4.

(9) 29 Noviembre, 1123. Un día después (30 de Noviembre) la reina Doña Urraca otorgó por su parte el mismo privilegio. *L. pr.* fol. 2, 3.—No he podido haber á las manos los diplomas concernientes á Talavera, Madrid y Guadalajara.

sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita si non satisfacione (1) congrua emendaverit, potestatis honorisque sui potestate careat, reamque se divino iudicio (2) existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiæ iusta servantibus sit pax domini nostri ihesu christi, quatenus et hic fructum bonæ accionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. BENE VALETE.

Oculi domini super iustos. Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Honorius papa II.

Ego Honorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscribo.

Datum Laterani per manum Imerici diaconi cardinalis et cancellarii, IIII idus Marcii, Indictione VI^{a}, Incarnacionis dominice M° C° XX° VII°, Pontificatus autem domni (3) Honorii Pape Secundi Anno Tercio (4).

Quince poblaciones fortificadas *(oppida)*, cabezas de jurisdicción eclesiástica y civil, señala esta bula, que radicaban libres del yugo musulmán en territorio de la diócesis de Toledo: Talavera, Alhamín (5), Maqueda, Santa Olalla, Olmos (6), Canales (7), Madrid, Alcalá de Henares, Guadalajara, Hita, Peñahora, Beleña, Uceda, Talamanca y Buitrago.

Heredera de Peñahora *(Pennafora)* entre Hita y Beleña ha sido Mohernando, extendiendo su jurisdicción como vicaría eclesiástica á los pueblos de Cerezo, Humanes, Razbona y Robledillo. En el artículo acerca de Humanes de Mohernando, apunta Madoz

---

(1) Sic.

(2) *L. pr.* «iuditio.»

(3) *L. pr.* «domini.»

(4) *L. pr.* «Tertio.»

(5) Sobre el río Alberche, cerca de Méntrida, partido judicial de Escalona. Véase el Diccionario de Madoz, art. *Alamin.*—Edrisí nombra esta fortaleza الفهمين

(6) En el *Viso de Illescas*, donde lo describe Madoz. Es el castillo ولمش del geógrafo árabe Yacut.

(7) Sobre la margen izquierda del río Guadarrama entre las villas de Recas, Villanueva de la Sagra, Palomeque y Chozas de Canales. Véase Madoz, art. *Recas.*

que dentro del término de esta villa de Humanes, confinante con el de Torrebeleña, hay tres ermitas dedicadas á *la Virgen de Peñaora*, la Soledad y Santa María Magdalena. No me extraña que el sabio geógrafo haya pasado así de corrida sobre un sitio tan digno de atención para nuestra Geografía. Los vecinos de Mohernando, requeridos (17 Diciembre, 1580), á nombre del rey D. Felipe II *para que digan los edificios señalados que en el pueblo hubiere, y los rastros de edificios antiguos de su comarca, epitafios, letreros y antiguallas de que hubiere noticia*, respondieron (1) *que en esta juridicion no hay cosa alguna de lo que el capítulo dice, eceto que donde dizen* **Peñahora**, *ribera del rio de Sorbel, hay algunas paredes viejas, donde parece hubo edificio.*

Este castillo en la segunda mitad del siglo IX restauró el califa Mohamad I. Óigase á Yacut (2): وبِنّة ايضا حصن من الاندلس اعمال الفرج عمّره محمد بن عبد الرحمن بن الحكم بن هشام ينسب اليه ابو جعفر البنّى «Y Benna también es castillo, ó plaza fuerte, de España en las amelías ó distritos del Alfardch (provincia de Guadalajara). Poblóla Mohamad, hijo de Abderramán, hijo de Alhakem, hijo de Hixem. De ella tomó apellido patrionímico Abu Giafar *Albenni.*» Además de este poeta renombrado, hace Yacut mención de otro varón ilustre musulmán, que enalteció los fastos de Peñahora. Su población, esto es, reparación y acrecentamiento por el califa Mohamad, corre parejas con la de Talavera de la Reina *(Caesarobriga)*, que describió el moro Rasis (3), y he mostrado cómo se deba entender (4) á la luz de la historia visigoda y romana. Inteligentes y activas exploraciones sobre el terreno darán razón de la fisonomía celtibérica y del nombre romano de

---

(1) *Relaciones topográficas de los pueblos de España* (manuscritos de la Real Academia de la Historia, estante 21, grada 2.ª, n.º 15), tomo VI, fol. 1077 vuelto.

(2) I, 748; (cf. 726, 727); art. بِنّة Debo á los Sres. Saavedra y Fernández González la indicación de este pasaje del gran geógrafo.

(3) *Memorias de la Real Academia de la Historia*, t. VIII; *Mem. del Sr. Gayangos*, página 50; Madrid, 1852.

(4) BOLETÍN, t. II, pág. 301.

Peñahora. Conjeturo sería éste, FORO · BELLORVM, capital ó emporio de los *Bellos*, gente galaica (ᴇ⊙ᗡᚴᐅᛝᛖ), tal vez afine á los *Bellos* que dieron nombre á Beauvais.

El punto es altamente estratégico. Guarnece la confluencia del Sorbe (1) con el Henares. Á sus piés, remontando este río y cruzando aquél, humea la vía férrea de Madrid á Zaragoza.

A fines del siglo XII dos escrituras, firmadas por el comendador D. Fernando Martínez de Hita, una en 26 de Enero de 1196, y otra por Mayo de 1198, que estampa el bulario de la orden de Santiago (2), declaran bien como Peñahora *(Pennafora)* y Guadalajara partían lindes al Sur y al Norte de sus respectivos distritos.

La bula de Honorio II, que ha motivado estas observaciones, fué dirigida, según hemos visto, al arzobispo D. Raimundo en 12 de Marzo de 1127. La que Eugenio III (3) enderezó al mismo arzobispo (16 Abril, 1148) enumera á continuación de los quince grandes municipios *(oppida)*, otros cuatro: Calatalifa (4), Escalona, Zorita y Calatrava. Confirma además á D. Raimundo el señorío feudal que le había otorgado el rey sobre los castros, ó castillos, de Alcalá y de Canales.

Cuatro documentos, que nos brinda el *Liber privilegiorum ecclesie Toletane*, ilustrarán la cuestión pendiente.

10 Febrero, 1129.—Fol. 4 vuelto, 5 recto (5).

Privilegium de Alcala et de suis terminis concessum domno Raymundo Archiepiscopo Toletano et eius successoribus.

---

(1) Anteriormente al siglo XVII se llamaba *Sorbel;* cuya primera sílaba, así como *Sar*, *Sor*, *Dur*, *Tur*, en otros parajes, expresa indudablemente la idea del vocablo céltico *dwr* (río, corriente de agua). Cerca está el pueblo y torre de *Beleña;* y el templo mismo de Mohernando tiene por titular á *Nuestra Señora de la Luz Bella.*

(2) Bullarium equestris ordinis sancti Jacobi, pág. 46 y 48; Madrid, 1719.

(3) BOLETÍN, t. VII, pág. 215-217. Véase el artículo anterior.

(4) «Ya solo permanece el nombre y ruinas en la ribera oriental del rio Guadarrama; y más abaxo en la ribera occidental, la Iglesia ó hermita de Santa Maria de Batres.» Colmenares, *Historia de Segovia*, pág. 120; Madrid, 1637.

(5) «Está arqueta II.ª, armario quarto. Tiene sobrescripto onde dize *alcalá.*»—Nota marginal del códice.

Regie magestatis interesse etiam minus eruditis certum est ecclesias et sacra loca non solum ab iniuria tueri et defendere, verum etiam helemosinarum et beneficiorum [ope] in dei obsequium et suorum excessuum remissionem pie et religiose visitare fovere et honorare. Unde ego rex Adefonsus, una cum coniunge (1) mea regina domina Berengaria, meorum antecessorum consuetudinem non irrationabiliter sequ[u]tus, facio cartam donationis sancte Marie toletane ecclesie et vobis dompno Raymundo eiusdem sedis archiepiscopo omnibusque canonicis ibidem deo servientibus de castro, *quod nunc dicitur alcala, antiquitus vero complutum*, cum omnibus suis terminis antiquis quos habuit quomodo melius extitit, tam in tempore sarracenorum quam in tempore avi mei bone memorie regis A[defonsi], videlicet cum terris, pratis, aquis, piscariis, vineis, almuniis, montibus, arboribus fructuosis et infructuosis, villis, aldeis. Sicut ad regale ius pertinet, sic dono totum vobis omnibusque successoribus vestris pro animabus parentum meorum (2) et in remissione delictorum meorum, ut habeatis illud et populetis et possideatis iure hereditatis in perpetuum. Si vero aliquis tam de mea progenie quam de extranea, cuiuscunque professionis sit, hoc meum pactum infregerit vel frangere temptaverit, sit excommunicatus, et cum iuda traditore in inferno dampnatus; et insuper exsolvat ad partem regis Centum libras auri, et quod invaserit dupplet dompno Archiepiscopo et supradicte ecclesie.

Facta carta Era M.ª C.ª LX.ª VII.ª (3), et quoto IIII^{or} idus febroarii. Ego A[defonsus] dei gratia Hyspanie imperator (4) quod fieri mandavi proprio robore confirmo.

Raymundus toletanus archiepiscopus confirmo.—Bernardus zamorensis episcopus conf.—Bertrandus (5) oxomensis episcopus conf.

---

(1) Sic.

(2) Murió la reina Doña Urraca á 8 de Marzo de 1126.

(3) En el códice «M.ª C.ª LX.ª III.ª» con evidente deformación ó anacronismo.

(4) Con este título firmaba ya en 1.º de Mayo de 1127.—Vignau, *Índice de los documentos del monasterio de Sahagún*, art. 84.

(5) Cod. «Bernardus.»

Comes petrus de lara conf.—Comes gomez conf.—Comes bertrandus conf.—Ramirus floraci conf.—Rodericus vermundez maiordomus regis conf.—Exemeno enequici conf.—Garcia garciaz conf.—Petrus didaci conf.—Guterre elmildez (1) conf.—Menendo bofino conf.—Lopo lopez conf.—Ordonius gudesteiz conf.—Rudericus fernandez conf.—Aluazil iulian conf.—Garcia moniz conf.—Aben lampader conf.—Dominico armentariz conf.—Dominico dominiquiz conf.—Rudericus lupiz conf.—Rave conf.—Petrus velidiz conf.—Cidi conf.—Velidi conf.—Anaya conf.—Pelagius ariz notarius regis scripsit et conf.

El instrumento es anterior á la coronación imperial de Alfonso VII en la catedral de León (26 Mayo, 1135), y posterior al casamiento del rey con Doña Berenguela, que tuvo lugar, como refiere su *Crónica* contemporánea (2), en el mes de Noviembre de 1128. Bajo este supuesto cabe poner el diploma entre los años 1129 y 1135. Ni es óbice la firma del obispo D. Bernardo; el cual lo era de Zamora antes que D. Raimundo fuese trasladado desde Osma á Toledo.

Tampoco se hizo la escritura después del año 1129; porque desde el fin del mes de Enero del año siguiente no há lugar (3) á las firmas del conde D. Pedro de Lara y de su yerno D. Beltrán.

Año 1136 (4).—Fol. 76 r.

Ego Petrus, gratia dei Secobiensis ecclesie episcopus, recognosco castellum, quod dicitur calatalipha, esse in diocesi toletane ecclesie; quod castellum dedit dominus imperator nobis et ecclesie nostre secobiensi, hereditario iure cum terminis suis. Qua de causa petivi a domino nostro Archiepiscopo ut concederet michi vicem suam in ecclesiis et in clericis qui ibi fuerint. Quod ipse

---

(1) Murió en 1131, según lo notan los Anales Toledanos segundos. (*España Sagrada*, XXIII, 405.)

(2) *España Sagrada*, t. XXI, 2.ª edición, pág. 324; Madrid, 1797.

(3) *Ibid.*, pág. 327.

(4) Para la inteligencia de este auto de reconocimiento no hay que olvidar el diploma imperial (27 Octubre, 1136) á que se refiere. Dióla á luz Colmenares. (*Historia de Segovia*, pág. 119.)

concessit michi in capitulo suo in diebus meis tantum. Interim ipse decimarum terciam partem archiepiscopus accipiat; et post discessum meum (1) ipse vel successores sui vices suas et episcopale ius recuperent.

Ego petrus episcopus confirmo.

Sin esta declaración difícilmente se comprendería una cláusula del fuero (23 Febrero, 1141), concedido por el emperador á los pobladores de Calatalifa (2). «Preterea concedo eisdem populatoribus de Calatalifa ut quem forum habent illi de Magerito et de Maqueda pro suis ecclesiis cum archiepiscopo, talem habeant ipsi pro suis *cum eodem archiepiscopo et Secoviensi episcopo.*»

